



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An Abbates, & alij Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem includantur sub nomine Episcopi in Decreto Condilij Tridentini, sess. 24. c. 6. de reformat. quoad dispensandum, & absolvendum? ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

privilegij Bullæ Cruciatæ existimo, per ea, quæ no-
tatur Trullench. in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 5.
num. 10. & Doctissimus Pater Bardi part. 2. tract. 7.
cap. 2. sect. 5. §. 13. num. 136. Qui rationem diuersam
ad alios adducit; nempe, ex diuersitate, quæ reperitur
inter potestatem ordinariam, & delegatam: potestas
inter delegata non extenditur ultra casus illos, qui
sunt concessi, quamuis ponatur summa necessitas in
casibus non concessis: nam adæquatam obiectum
potestatis, cum sint casus concessi, nequit ipsa
applicari ad casus non concessos, quod est impossi-
bile: sed quoad potestatem ordinariam res non ita se
habet: quia ipsa, cum ex sua natura ad omnes illos
extenditur, nisi fuisset limitata? seu nisi fuisset a
sacrosanctæ impedita; idcirco quando tales circum-
stantiæ concurrerint, in quibus limitatio illa redun-
dat in detrimentum spirituale proximorum; tunc
in illis circumstantiis casus, circa quem versabatur
limitatio, relinquatur sub ordinaria potestate Episcopi,
& hoc per quandam explicatam, seu tacitam vo-
luntatem Summi Pontificis. Ex quo non valet in-
ferre in illis circumstantiis absolute, & simpliciter
calum non esse referatum: quia tunc etiam manet
sub reservatione, & solum est sub potestate Episcopi
ex quadam benigna interpretatione voluntatis ip-
sius Pontificis referantur, qui cum sit vniuersalis Pas-
tor, præsumitur intentionem habere subueniendi
omnibus, quando necessitas occurrit: quia hic, &
nunc occurrit necessitas dispensandi in tali voto; &
dispensatio fieri nequit ab ipsomet Pontifice; ne fi-
deles remediis sint destituti conueniens fuit, vt in
his circumstantiis Pontifex non referatur sibi vo-
tum in ordine ad Episcopum: sed illud relinqueret
sub potestate ordinaria Episcopi; rursus tamen
reservatione quoad alios inferiores; cum nulla sit
moralis necessitas, vt in prædictis circumstantiis re-
seruatio etiam tollatur respectu inferiorum. Sed hæc
omnia procedunt, non solum in ordine ad priuilegia
Bullæ; sed etiam in ordine ad priuilegia Re-
gularibus concessa; ergo, &c. Vnde ex his ego in fa-
ctu contingentia consuli, non potuisse Regulares,
sed Episcopum dispensare; vt matrimonium contra-
heret, non ex prædicta Pontificis dispensatione, inue-
niens quidam voto Religionis, & castitatis strictus,
qui violauerat virginem, & ad reparationem hono-
ris illius, matrimonium necessarium erat, & à co-
gnoitis impediendum erat, si dispensatio pontificia ex-
petatur.

RESOL. V.

Abbatibus, & alijs Prælati habentes iurisdictionem
quasi Episcopalem includantur sub nomine Episcopi
in decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6.
de reformat. quoad dispensandum, & absoluen-
dam?

Et an Eminentiissimi Cardinales in Ecclesijs suorum
conuentuum comprehendantur sub nomine Episcopi
in hoc decreto? Ex p. 7. tit. 2. Res. 4.

Negant Bonacina de Cens. disput. 7. quest. 5.
puncto 1. num. 6. Filiucius, tom. 1. tract.
2. cap. 10. num. 270. Suarez, tom. 4. disput. 30. sect.
2. num. 6. & tom. 5. disput. 41. sect. 2. num. 7. Garzias,
de dispens. par. 7. cap. 11. num. 13. & 17. Campanelli,
de dispens. Iuris Canonici Rubr. 7. cap. 5. num. 5. Ga-
uer. Censura, num. 2. Ledesma, in Summa, tom. 2.
tit. 1. cap. 6. difficult. 1. Et in hanc sententiam in-
clinat Water Thelaurus, in Praxi de Penit. part. 1.

cap. 23. §. 6. & docet expressè in capit. 24. §. Respons.
tertio.

2. Probatur hæc sententia, quia licet aliquando
sub nomine Episcopi comprehendantur Prælati in-
feriores non comprehenduntur tamen in dicto De-
creto Concilij: tum quia cum illa constitutio sit
exorbitans, à iure communi, illique deroget, (quo
inspecto solus Papa dispensare, & absolueret poterat)
non est amplianda, sed potius limitanda, vt nomi-
ne Episcopi intelligantur ij, qui sunt verè Episcopi
saltem confirmati: tum quia referentibus Suarez,
Garcia, & alijs locis citatis, Sacra Congregatio ita
declarauit his verbis: In hoc Decreto non compre-
henduntur inferiores habentes iurisdictionem ordi-
nariam, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi
priuatiuè quoad omnes alios.

3. Sed si hæc declaratio esset authentica ei ac-
quiescerem, interim verò dum mihi non constat,
poto affirmatiuam sententiam esse satis tutam, &
probabilem, quam tuetur, non solum Machinus de Sa-
cram. Ordinis, tract. 1. part. 9. difficult. 1. num. 3. &
seq. Caspensis in cursu Theol. tom. 2. tract. 25. disp. 5.
sect. 17. num. 118. Villalobos, in Summa tom. 1. tract.
21. difficult. 9. num. 7. & Trullench. in Decalogum
tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 3. Quibus adde Ste-
phanum Aluinum de potest. Episcop. cap. 27. num. 2.
Rodriguez in quest. Regul. tom. 1. quest. 14. artic. 13.
& 17. & quest. 61. artic. 9. Saytum in Clauis Regia lib.
6. cap. 11. num. 83. Avilam de Cens. art. 7. disp. 10.
dub. 6. Henriquez lib. 6. cap. 16. num. 1. & lib. 14. c. 18.
num. 2. in Glossa, littera P. Portel in dub. Regular.
verbo; Prælati potestas, & cap. num. 30. Pharaon-
ium in Promptuar. tract. 7. sess. 18. cas. 34. Sanchez
de Matrim. lib. 8. disput. 2. num. 12. & in Summa
tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 15. Beja in Respons. Cas.
Conscient. part. 4. cas. 37. & alij. Et ratio est, quia di-
ctum Decretum Concilij est fauorabile. Ergo am-
pliandum; & non restringendum. Secundo in hoc
negotio à Concilio non eligitur industria personæ: &
dato quod aliqua industria eligatur, vtique erit illa
Episcopi, vel habentis Episcopalem iurisdictionem;
eiusmodi sunt Prælati, de quibus loquimur. Vlti-
mò probatur, quia hi Abbates, & Prælati in sua
Diececesi habent plenam Episcoporum iurisdictionem
possunt enim deputare Vicarium, tribunal erige-
re, remittere denunciationses matrimoniales; di-
spensare in alijs casibus, in quibus Episcopus, ap-
probare ad confessiones, exequi defunctorum vo-
luntates, dare litteras dimissorias, & facere cætera,
quæ ad Episcopalem iurisdictionem spectant, vt do-
cent Quint. Mand. in regul. Cancellaria, reg. 2. quest.
2. num. 8. Aloysius Riccius in praxi aurea, ref. 295.
& 304. & alij à Riccio relati, illis quoque plene
subiiciuntur eorum subditi quoad receptionem Sa-
cramentorum; ergo in dicto Decreto Tridentini
comprehenduntur nomine Episcoporum ob ratio-
nem identitatis, illisque conceditur eadem facultas.
Et confirmatur, quia aliqui non videretur ita bene
prouisum eorum subditis, si in huiusmodi casibus,
pro absolute, & dispensatione deberent recurrere
vel ad summum Pontificem, vel ad alienos Episcopos,
& eorum subditi cum aliquo animarum detrimento,
quam alij fideles, Ergo, &c.

4. Non desinam tamen hic adnotare Beja, &
alios respondere ad Declarationem Sacræ Congre-
gationis superius adductam, asserunt enim Sacram
Congregationem non loqui de his Prælati, qui sunt
exempti, & habent proprium territorium, & Dice-
cesim distinctam prorsus ab Episcopi, sed de alijs
Prælati non exemptis, & eidem Episcopo in pluri-
bus subiectis, qui nec verè; nec æquiualeter sunt
Episcopi,

ANNA
DIGNIA
O. III. IV. V
E. III

300 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Episcopi, quod videtur significare illud verbum, Episcopis inferioribus.

§. An verò Eminentiſſimi Cardinales in Eccleſiis titularum ſuorum, comprehendantur in hoc Decreto ſub nomine Episcopi, negat Bonacina de Cenſur. diſp. 7. quaest. 5. punct. 1. num. 7. ſed vide me ipſum in 5. parte tract. 2. Reſol. 59.

Quæ nunc inuenitur in tom. 9. tr. 7. Ref. 37. & in alio §. ex Ref. eius annot.

RESOL. VI.

An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, etiam nullius Diœceſis, gaudeant facultate abſoluendi, & diſpenſandi ex Concilio Tridentini ſell. 24. c. 6.

Et an Capitulum Sede vacante habeat facultatem diſpenſandi, & abſoluendi conſeſſam Episcopo?

Et docetur ſupradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa ſuos ſubditos. Ex p. 4. tr. 4. & Miſc. Ref. 2. 11.

Sup. hoc lege doctrinâ præcedentis Ref.

§. 1. Negatiue reſpondet Gratianus in diſcept. forenſ. cap. 441. num. 2. Toletus lib. 1. cap. 83. num. 5. Aragon. in 2. 2. quaest. 88. art. 12. Suarez in 3. part. tom. 4. diſp. 30. ſell. 2. num. 6. & tom. 5. diſp. 41. ſell. 2. num. 7. Ledefina in ſumma tom. 2. tract. 1. c. 6. poſt conſul. 2. diſc. 1. & alij.

2. Sed affirmatiuam ſententiam docet Henriquez lib. 6. cap. 16. num. 1. Flores de Mena var. reſol. lib. 3. quaest. 24. num. 18. Auila de cenſ. part. 7. diſp. 10. dub. 10. Sanch. in ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5. Duardus in Bulla Cœna lib. 3. §. 2. quaest. 8. num. 55. Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 455. Sigifmundus à Bononia tract. de elect. dub. 51. num. 8. & alij aſſerentes, facultatem, quam habent Episcopi abſoluendi à cenſuris, & diſpenſandi ſuper irregularitate occulta, &c. ex vigore Concilij Tridentini competere etiam alijs Prælatibus habentibus iuriſdictionem quaſi Episcopalem; vnde puto vtramque ſententiam probabilem eſſe.

Sup. primo huius §. infra in tr. 5. Ref. 19 & 20.

3. Notandum eſt etiam hîc obiter contra Bonacina de cenſ. diſp. 7. quaest. 5. punct. 1. num. 6. & Altherium de cenſ. tom. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. cap. 3. ver. ex eodem, Capitulum Sede vacante habere facultatem diſpenſandi, & abſoluendi conſeſſam Episcopo in dicto loco Concilij Tridentini. Ita Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 2. num. 10. Garſias de benef. part. 7. cap. 11. num. 21. Beja part. 4. cap. caſ. 37. Sayrus in clauſ. Regia lib. 2. cap. 11. num. 84 & alij. Sicut etiam contra Amendarium in addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 18. leg. 7. de irregularitate, num. 50. Garſiam dicto cap. 11. num. 13. & 20. Ledefinam vbi ſupra, poſt conſul. 20. diſc. 3. Suarez, & alios, dicendum eſt ſupradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa ſuos ſubditos. Ita Henriquez loco citato, §. 8. & lib. 7. cap. 25. ſell. 2. Rodriguez tom. 1. quaest. 61. art. 9. Molina tractat. 3. diſp. 61. num. 4. & 5. Sanchez vbi ſupra, numer. 7. Vecchius in praxi Nouitiorum diſp. 9. à n. 4. & alij.

Sup. hoc magis late in tom. 7. tr. 1. Ref. 291.

RESOL. VII.

An Episcopus ex licentia Superiorum poſſit vi facultate huius Decreti cum Regularibus exemptis?

Et quid dicendum eſt, ſi facultas abſoluendi, aut diſpenſandi, que non eſt in immediato Religionis Prælato, eſſet in Provinciali, aut alio Superiore Religionis, an tunc Episcopus abſoluere non poſſet de conſenſu Superioris immediati, niſi accederet etiam conſenſus Provincialis aut Superioris?

Et ſi Prælati Religionis abſolutione, aut diſpenſatione indiſſent, an poſſit Episcopo ſe ſubiicere, ſi cui poteſt ſuos ſubditos? Ex part. 7. tr. 2. Ref. 6.

§. 1. Negatiue reſpondet Roſella, verb. Abſolutio 3. num. ult. Angelus, verſ. Excommuniatio 5. caſ. 1. num. 40. & verſ. Exemptio, num. 9. & Tabiena eodem verſ. quaest. 6. num. 7. & Armilla num. 9. Rodriguez, in 99. Regular. tomo 2. quaest. 63. art. 10. & tomo 1. quaest. 36. artic. 5. Ledefina, in Summa tomo 2. tract. 1. cap. 6. poſt. 20. conſ. diſc. 3. & alij penes ipſos. Probatur hæc opinio, quia in exemptione non ſolius exempti fauor eſt, ſed etiam Superioris, id eſt, Pontificis exemptis, per quam exemptos ſibi immediate ſubiicit; quare ſua intereſt conſeruare hanc immediatam ſubiſtitionem. Ergo in hoc euentu non habet locum regula textus in cap. ad Apoſtolicam & Regularibus, & l. In conſcribendo, C. de Episc. & Cler. vt valeat quis renunciare fauori pro ſe introducto: illa enim habet locum, quando pro ſe ſolo eſt introductus fauor. Et confirmatur, quia hoc exemptionis beneficium non eſt perſonale, ſed totius religionis. Non ergo priuati Prælati conſenſus ſufficit ad cedendum illi, & ſubiſtitionem Religioſum Episcopo. Quippe hac ratione decernitur, cap. ſi diligenti, de for. compet. non poſſe Clericum conſentire in Iudicem laicum: ibi: Cum non ſit beneficium hoc perſonale, cui renunciare valeat, ſed totius religionis. Non eccleſiaſtico publicè ſit indulgum, cui priuatorum patetio derogare non poteſt. Deinde Episcopus per hoc Decretum nequit abſolutionis, aut diſpenſationis beneficio vt, niſi in ſubditos. Sed Prælati religionis nequit Religioſum exemptum per Pontificem ſubiicere Episcopo. Ergo. Et hæc ſententia eſt ſatis probabilis.

2. Sed contrariam non minùs probabilem eſſe exiſtimo. Et ratio eſt quia exemptio Religioſorum eſt potiffimum inducta in fauorem Religionis, vt eius Religioſi quietius Deo famulentur, & ne paſſim ab Ordinarijs perturbentur, vnde in iis, quæ quietem, & fauorem Religionis concernunt, non debent eſſe peioris conditionis, quam alij de eadem Diocèſi non exempti: Nec rationi conſonat, vt exemptionis priuilegium in hoc caſu contra eius finem operetur, impediens hanc ſubiſtitionem. Atque idè in his ita fauorabilibus cenſetur per epicheiam tota Religio conſentire. Et confirmatur ex cap. Lumineſo 18. quaest. 2. vbi habetur Episcopum de conſenſu Abbatis poſſe exercere iuriſdictionem in Monafterio exempto. Tandem, quia Corduba in priuilegijs Mendicantium compendij, in ſuis additijs, verbo Abſolutio ordinaria quò ad fratres, §. 1. reſtatut diuerſa eſſe Pontificum priuilegia concedentia hanc ſubiſtitionem Episcopo de Superioris licentia faciendam, vt ab ipſo impetretur abſolutio. Quare quidquid ſit de iure, ſaltem Religioſi fruenteſ priuilegijs Mendicantium, poſſent virtute eorum priuilegijs licentia. Et idè tenet hanc ſententiam Auila, de Cenſ. parte 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 6. Henriquez lib. 10. de Sacram. Ordinis, num. 2. & in Gloſſa litera H. Suarez de Pœnitentia, diſp. 30. ſell. 2. numer. 3. & de Cenſ. diſp. 41. ſell. 2. num. 12. Molina de iuſtit. tom. 4. diſp. 61. num. 4. Trullench. in Decal. tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 6. & alij penes ipſos. Quæ quidem omnia extenduntur, vt idem liceat aliquando ex tarta Religionis licentia, vt ſi Prælati ſit impediens, quia eſt excommunicatus denunciatus, aut obijt, aut longè abeſt, nec eſt alius eius vices gerens. Immo & quandoque ſufficit præſente Prælato, nec impedito, vt quando ille iniuſte denegaret licentiam petitam Religioſo

Sup. hoc prælati non tom. 9. Ref. 37. & in alio §. ex Ref. eius annot. Sup. hoc lege doctrinâ præcedentis Ref. Sup. primo huius §. infra in tr. 5. Ref. 19 & 20. Sup. hoc magis late in tom. 7. tr. 1. Ref. 291. Religioſo